



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Matthiæ Apostoli.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

Te porro S. Petre, qui hac in cathedra fedisti, præfediti, & imperasti, qui ex eadem gentes docuisti, infideles fidei asseruisti, & idololatrias erroris coarguisti, obsecramus, ut hanc nauim regere, in hoc influere corpus, hanc auctoritatem conseruare, hunc principatum, & monarchicum statum tueri non desinas. Tuos, ô magne Jesu Christi Vicarie, adhuc oculos in Ecclesiam eius conice, respice tuos successores; & qui eandem ad dignitatem assumuntur, tuo eos fauore prosequere, benedictione reple, nosque omnes precibus & orationibus iuuas; & præsta, ut intercessionum tuarum & suffragiorum adminiculo & ope, postquam hic in terra te in cathedra coluerimus, digni fiamus, qui in æternæ gloriæ throno in regno te cœlorum conspiciamus: ad quam Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus omnes nos perducere dignetur, Amen.

IN FESTO S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Partitio.

1. De natura nihil frustra agente.
2. De superbia abominanda & virtute opposita.
3. De electorum prædestinatione malorumq; reprobatione.
4. De proditore Iudæ variis figuris designato.
5. De quatuor eius sceleribus & vocatione ad Apostolatam.
6. De Matthiæ electione sorte & quid fors.
7. De eius sanctitate, & de colligenda.

Cecidit fors super Matthiam; &c. Act. 1. Cor. 7.

FIGURA.

Leuit. 16.

Meminit Leuiticus, qui liber verum cæremoniarum & antiquitatum Mosaiicarum theatrum vocari potest, duorum hircorum; quibus coram Domino ad ostium tabernaculi testimonij simul oblati, & for-

tibus super vtrumque iactis, vnus Domino immolabatur, alter in desertum emittebatur. Quod olim apud veteres in figura contigit, id ipsum vere in Ecclesia deinde videmus accidisse. Videas enim hic non iam duos hircos, sed agnos tenellos, duos inquam homines iustos & sanctitate conspicuos, S. Matthiam, inquam, & sanctum Iosephum cognomento Barsabam, Deo quodammodo in Ecclesia sisti, & fortibus commissis, vnū, id est, Barsabam, Domino quodammodo sacrificari & immolari, utpote super quem fors non cecidisset; alterum vero, Matthiam, in Apostolorum cœtum cooptatum, & in Iudæa proditoris ac scelesti locum surrogatum, foras in desertum velut emitte, cum scilicet ad Apostoli munus electus, ad Gentium desertum, & remotam, & inquam idololatriarum solitudinem destinatur. Sublime hoc arcanum est, & adusq; diuinæ prædestinationis adita pertingit. Quod ut perspectum aliquatenus habeamus, oculos mentesq; cœlo obuertamus, Spiritus S. gratiam implorantes, Deiparæ Virginis suffragia ad hanc impetrandam adhibendos, quam ideo omnes in genua prouoluti supplices inuocemus:

AVE MARIA.

Cui non admirationem moueat, quod nihil omnino in rerum natura corrumpatur, Natura nihil vult auti locum succedat. Adeo quippe ipsa prouidat, & in rerum suarum directione sagax est, ut, cum nihil amittere è suis velit, dum hinc aliquid aufertur, mox aliud sibi comparat, & de nouo producat. Quam prudentem eius œconomiam, perspicientes & demirantes Philosophi veteres, hoc eiusdem rei occasione axioma concinnarunt, *Corruptio vnius est generatio alterius.*

Experientia doctrinæ huius ad oculum nemini non passim patet. Videmus enim statim ac quatuor illæ vniuersi prædatrices, quatuor, inquam primæ qualitates, inter se contrariæ & oppositæ, omnia in rerum natura destruunt, & corrumpunt; prouidam hanc œconomiam velut superueniendo præ-

Quatuor primæ qualitates sunt causa ruinæ rerum naturalium.

antibus & repressalia consecretando, suas ruinas reparantem, nouis quibusdam generationibus totidem nouas speciesreproducere, quot ante hostiliter corruptio destruxerat. Adeo, vt mortem vnus semper & indubitate sequatur vita & creatio alterius, vt ne musca quidem vermiculusque vilissimus & obscurissimus intereat, quin melioris reparationem suam in locum causetur & inducat.

Quod in rebus naturalibus contingere videmus, id ipsum & à naturæ auctore in rerum spiritualium ordine obseruari indubitate patet, ita quidem, vt nusquam aliquod patiatur damnum aut detrimentum, quin maiori id scœnore compensetur: id est, interdum nescio quo casu aliqui in exitium sempiternum ruant, mox alios diuina excitat bonitas, qui eam ipsam, qua priores exciderunt, beatitudinem assequantur. Tam immensa namque eius est benignitas, numquam, vt aliquos cadere sinat, quin illico alios in locum aliorum substituat, & aliquorum prædestinatio æquo semper passu aliorum sequatur reprobationem. Si vero huius lapsus & ruinam Deus permittat, iudicia eius abyssus multa, illum vero conseruet: & à ruina subleuet: *Misericordia tua præueniet me, & subsequetur me.* Reicere ergo & reprobare potentia & dignationis diuinæ est argumentum; at gratia est effectus, misericordiam exercere, de nouo iustificare, & altius, potentius & melius quam ante eleuare.

Cum Jeremiam Prophetam suum mitteret Deus, hanc commissionis illius articuli potestatem, quæ super regna & nationes terræ se extendebat, continebant, euellendi scilicet & dissipandi, deinde plantandi & ædificandi, *Eccce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas & destruas, & dissipes, & ædifices & plantes.* Videte, vt iussus sit tantum ædificare rursus & plantare, quantum euulsurus & destructurus esset; vt hinc disceremus, quemadmodum Deus permittit, vt hinc destruat & euellatur, suã vt iustitiam & potestatem ostendat, ita iubere, vt illinc ædificetur de nouo, & plantetur, bonitatem suam & misericordiam hoc pacto declarando.

Hunc conceptum pius ille senecio Simeon respexit, cum in templo Hierosolymitano Redemptorem vnus complexus circumstantibus ait, *Hic erit in ruinam, & resurrectionem multorum, &c.* quasi diceret, Puer hic, qui toti vniuerso legem ponit, plurimos miros causabitur casus, suamque bonitatem & potentiam diuersimode patefaciet; his namque in ruinam erit & mortem; illis in resurrectionem & vitam. Forsitan sanctus hic senex, quadam mentis alienatione extra se raptus, & per inscurabilium iudiciorum Dei profundum nauigans, ad æternorum de prædestinatione & reprobatione hominum, quarum hæc animarum ruinam, & damnationem illa saluam & conseruationem, includit, arcanorum adyta allusit, fieri quidem potuit. Equidem crediderim illum in suis extra hominem raptibus mundo declarare voluisse, filium Dei, postquam iam in terram venit, etsi damna interdum & detrimenta in suis pateretur, luculentius mox eadem & compendiosius reparaturum; & qua inimici sui mensura animas & res sanctas destruerent, perderent, & pessundarent, eodem illum tempore maiori honore, commodo, & gloria damna refarturum, & noua emolumenta reproducturum. Hinc apud Prophetas, ac præsertim Isaiam hoc sibi tribuit elogium: *Eccce ego facio noua, &c.* perinde ac si diceret. Quod inimicus destruxit & dissipauit, hoc ipse reparo, & veteres ruinas & ruderamenta instaurato.

Diu ante Sacerdotem hunc sanctum, patientiæ speculum Job idẽ de Deo Patre prædixerat. *Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.* Eodem item sensu Deipara Virgo Dei mirabilis mirabilia in præclaro illo cantico suo celebrans inter cætera ait: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Id est, magnus ille Deus omnipotens potentia suæ & misericordia diuersimode argumenta producit; hos namq; prosternere, illos sustollere gaudet: assiduum bellum gerit, quo superbos throno suo deturbat, & ad ima redigit subsellia: e contra humiles exaltat, benedictionibus complet, & honore prosequitur. Detectio siquidem priorum, aliorum est eleuatio,

Anima nulla perit, quin aliam in eius locum suscitet.

Psal. 35.
Psal. 22.

Jerem. 1.
Figura egressia.

Luc. 1.

Christus in mundum venit ad resurrectionem multorum,

Esai. 34.

II.

Job. 34.

Luc. 1.

Deus superbos prostermit, & exaltat humiles.

gio, bohorumque salus semper impietum comitatur ruinam. Atque ut alij ad infamem perditionis scopulum & petram naufragium patiuntur, ita alij feliciter nauigant, & per vias rectas à Domino deducuntur.

Huius rei figurâ suggeret Jeremias: huic enim ostensurus Deus in sua esse potestate perdere & dissipare eos, qui verbum suum negligenter, è contra vero eiusdem amantes, & de peccatis gementes, reparare & extollere, ad figuli eum destinat officinam: in qua vasa nonnulla manibus figuli in rota eadem concinnantis delapsa dissipari vidit; sed eadè illico à figulo ad aliam formâ redacta restaurari: *Et descendit inquit, in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto in manibus suis, conuersusq; fecit illud vas alterum; sicut placuerat in oculis eius ut faceret.* Quo visu Jerem. hoc mysterio denotaretur ignorans, confestim ab ore Dei audit: *Numquid sicut figulus à se, non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel, & absolute à mea dispositione & absoluta voluntate dependetis.* Sensus ergo est, sicuti figulus vasa nonnulla confracta & luxata, commissa denuo in massam argilla, eadem reparare, & retuocare potest, aut relictis humi fragminibus & frustis, alia ex eadem materia coagmentare, quæ in priorum locum substituat: ita magnus ille opifex & supremus figulus omnipotens & æternus Deus, aut iustificare peccatorem, & animam ab obedientiæ iugo se subducentem reparare, in priorem illam statum & pristinam perfectionem, qua ante lapsum gaudebat, restaurando potest; aut impios vndique que confractos, & humi abiectos derelinquendo, alios rectos ex eadem massa, cum homines sint non secus atq; alij, condere, ut ad eisdem honores subleuentur, & priorum locum occupent. Ruina ergo & perditio vnus sublimatio & euectio est alterius.

Nouam huius rei figuram dat Genesis, in qua scalam Jacob dormiens vidit, cuius vna extremitas terram, altera cælum tangebatur, per quam magno numero Angeli & ascendebant & descendebant: *Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cæsum in illius cap-*

gens cælum, Angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eam, &c. Mirabilis & mystica hæc visio magno nobis Dei mirabilia denotabat; per cuius potentiam, præscientiam, prouidentiam, prædestinationem, reprobationem, iusticiam, & misericordiam; velut per scalam è gradibus constantem alij ascendunt, alij vero descendunt, alij sublimia perunt, alij ad ima deuoluuntur, illi ad beatitudinem & gaudia sempiterna hi ad damnationem & æterna supplicia rapiuntur.

Ecquæ vicissitudo? ecquæ mutatio? ecquæ mirabilia: Vix aliquis iam lapsus est, quin illico alius se erigat, vix loco vnus excidit, quin is ab alio mox occupetur. Vix de gradu suo & honoribus deturbatus est arrogans ille purpuratus Aman, & morti probrosæ adiectus, quin confestim pauperculus, & obsecrus Mardochæus ad eius solium euehatur, & locum vacantem occupet. Hoc è signo videat mundus, quomodo cum rebus suis agatur, & omnium, quæ ab illo destruuntur, quamprimum ruinas à Deo reparari, iuxta id Psalmographi, *Iudicabit in nationibus, Psa. 109. implebit ruinas.* Et sane vix aliqui in perditionem præcipitarunt, quin alios exfusceret, qui saluentur, Deus; neque vnquam salutis sedes vacant: nam vbi hi eisdem excidunt, alij eas occupant.

Sexcenta rei huiusce exempla subministrat sacra volumina. Ut Angeli cælo deturbati datum à Deo locum & sedem amiserunt, homines statim prædestinantur, ut in eisdem admittantur. Luciferi lapsus, quem Ista-ias describit, *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? & Lucas Euangelista, Videbam Satanam quasi fulgur de cælo cadentem: humanæ naturæ in cælos aditum perfecit.* Testem huiusce rei habeo magnum Augustinum suis in sententiis ita loquentem, *Superna Ierusalem mater nostra, ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate defraudabitur, aut etiam vberiore sorte copia abundabit: neque enim numerum immundorum spirituum nouimus, in quorum locum succedentes filij Catholice matris, in ea pace, de qua illi eiectione sunt, sine permanebunt.* Ergo, ex Magni Augustini mente, spirituum malignorum lapsus &

Mirabilis rerum mundi mutatio.

Est. 7.

Psa. 109.

Homines: Angelis successe- runt, inque sedibus eorum collocati sunt. E. 14. Luc. 10. S. August. 1. sent. dist. 10.

ruina

Figura Jerem. 18.

Homines in manu Dei, vt luterum & argilla in manu figuli.

Gen. 28.

ruinā hominum fuit felicitas & emolumentum.

Hæc quidem ruina in cœlis; prima quæ in terris visa est, fuit Caini cum vniuersa sua gigantum progenie & scelestā propagine, quæ ob nequitiam & corruptos mores (*omnis enim caro corruerat viam suam*) diluuiō fuit inuoluta; cuius in locum pius successit Seth cum electis, qui de eius stirpe propagati sunt. Rei huius historiam scire, qui cupidus sit, Geneſeos legat initia.

1 Ios. 12.

Exinde impio Chanaan & triginta Regibus ab eo descendētib; qui omnes in ore gladij consumti sunt, & bello deleti, loco pulſis, Josue Caleb, alique principes & duces de tribub; Israel, pij probique, a Deo delecti, successere, & ad gubernacula eorum admoti sunt, inque terris eorum imperarunt. Vnius scilicet calamitas & infortunium alterius progerminat beatitudinem.

Gen. 17.

Cladem hanc & ruinam longe prius præcessit alia non inferior. Esau siquidem, et si Isaacum patrem, Abrahamum haberet auum, vna cum Idumæis suis perditionis viam ingreditur, & ecce Jacob frater eius in locū surrogatur, & in sortem illius vna cum duodecim filiis suis succedit. Ad quod aludens, & in diuinæ prædestinationis pelago natans Apostolus in ea, quæ ad Romanos est epistola, quemdam Malachiæ locum in testem producit, *Sicut scriptum est*, inquit, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, &c. hunc enim pro æquitate tractavi, meam vero erga illum bonitatem ostendi, & misericordiam, ille fauorem, hic vindictam meam expertus.

Rom. 9.

Nun. 17.

Multo exinde post Core, Dathan, & Abiron, & alij Hebræorum proceres, ambitione turgidi, in Deam concitantur, sacerdotij primatum ambiunt, & ruinæ suæ viam sternunt; & eodem ecce momento Deus & animas & vota illorum ad nihilum redigens, Aaronem, Eleazarum, aliosque Sacerdotes in cœlo delectos, vt in terra Sacerdotium administrarent, in aciem producit, & loco illorum confirmat. Videmus ergo, quomodo quod vnus amittit, alius meliore sorte recuperet?

Si hæc vobis exempla minime sufficiunt, 1. Reg. 6. depromam & alia. Primo Regum libro Hele Pontifex eiusque filij Ophni & Phinees vitæ scelestæ vniuersum Israel offendentes, Deo iuxta ac hominibus odiosi dignitate excidunt; sed eorum sedes non diu vacant: nam ingens Prophetarum numerus a Deo missus illorum & locum inuadit, & munia exercet.

Eadem non minus in Regibus, quam in summis Sacerdotibus vicissitudo apparet, nam statim vt a Deo Saul est reiectus, & regno declaratus indignus, Dauid illius in locum, vt regnet, cœlitus electus destinatur. Audi quid de eo dicat scriptura, *Dixitq; Dominus ad Samuelem, usquequo tu iuges Saul; cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? imple cornu tuum oleo, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem*, &c.

Hæc quidem priuatorum exempla sunt & singularium: sed si generale quid videre cupias, videte vt Judæorum reprobationem sit Gentium secuta vocatio, & illis cœlo excidentibus, hæc eodem admittantur exemplo sint Job, Centurio, Cornelius, bonus latro in cruce, Chananaea, Samaritana, alique innumeri. quare & ipse Deus gloriatur hæc apud Psalmistam proferi *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi*. Deinde, an ignoratis Scribis & Phariseis nimium insolescentibus, honore exutis, & in ordinem redactis successisse Apostolos & in munia illorum intrasse? erant hæc porro, legem docere, Synagogam dirigere, Scripturas sacras exponere, sacramenta administrare, Sacerdotium gerere, & animarum curam habere. Quæ omnia certissima signa sunt numquam perdi aliquos, quin alij e contra saluentur, & si aliquos a tartaro absorbentur, cœlo alios donari & gloria. Vnius ergo reprobatio alterius prædestinationi & salutis viam sternit.

Hæc vt stabilietur veritas, aliena & externa patenda non erant, nec longius diuagandum, cum, quod hodie in Ecclesia nostra recolitur, luculentum de eo ferre testimonium queat. Hic siquidem cernere est, vt scelestus infelix, infidus, & perfidus Judas Apostolatu excidat, honorem & sortem suam amittat,

Judæorum reprobationem secuta est vocatio Gentium.

Apostoli eā in Ecclesia potestatem habent, quā in veteri Synagoga Phariſæi.

amittat, à Deo deferatur; & mox eius in locum Matthias vir iustus & Deum timens surrogatus: ad eiusdē honores & infulam promoueatur. De utroque iam olim vaticinans dixerat Psalmista, *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter*, cuius hodierna ex Actis Apostolorum Epistola rei memoriam refricat, *Cecidit fors super Matthiam*. Ut certa quadam & ordinata ratione materiam hanc prosequar, primo de nequissimi Judæ reprobatione, deinde sancti Matthiæ electione sum locuturus; è quibus duobus membris, si modo attente patienterque dicentem audiat, non contemnenda in rem vestram, Auditores, documenta deprimam.

Primo ergo, cum quid utroque in hoc membro, in Judæ inquam proditores reprobatione, & admirabili Apostoli sanctissimi electione factum sit, ob oculos pono, non possum, quin cum Propheta regio exclamem, *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*, sed cantu, qui toto vitæ meæ sit duraturus tempore, quasi diceret, Confiteri & agnoscere debeo, summe Deus, pollere te iustitia simul & misericordia; ambas in te virtutes parem locum habere, nec minus esse te iustū quam misericordem; nec minus misericordem quam iustum.

Vere hoc ira se habet, & huius rei testimonia & argumenta in arca testamenti nonnulla videre est, in qua scilicet vna est aurea, cuius in ea, quæ ad Hebræos est meminit Apostolus: vna vero paucillum manna, quod Hebræis in deserto depluerat Deus continebat: & virga Aaron, in perpetuam concitata ab Hebræis seditionis, & eiusdem vindictæ memoriam asseruata. Quo, ut neotericus quidam interpres exponit, figurate designabatur diuinorum thesaurorum in arca duo contineri, suaue nempe & sapidum illius misericordiæ manna, & rigidam metuendamque iustitiæ eiusdem virgam aut flagellum. Vti enim mercedem & compensationem habet piis & iustis, ita & rudem ingratiæque scelestis castigationem & flagellum. hoc quidem reprobationis est nota, & Judæ similes tangit, illa vero prædestinationis, & Matthiæ æquales manet. Misericordiam

Beffai tom. 3. de Sanctis.

scilicet paruulis exhibetur, in arrogantes vero ac superbos iustitia & vindicta exercitur.

Sublimem hanc Philosophiam DEI fidius spectauit, cum hisce DEVM Patrem verbis est allocutus, *Confiteor tibi Pater, Domine celi & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuulasti ea paruulis*. Non est hæc delictorum aut peccatorum quadam dia Dei huic confessio, vt bene notauit Augustinus; (nam miles spequi hic confiteretur, peccare nequit) sed meta stat & confessio laudis: quasi diceret, Est cur te laudem & celebrem, Pater æternæ, est cur tibi immensas agam gratias, quod superbos & arrogantes mundi huius amatores sublimia fidei mysteria celaris, & humilibus ac simplicibus ea detexeris. Æterna Patris sapientia duo hæc in diuinitate attributa notat, misericordiæ scilicet & iustitiæ; misericordia paruulis, iustitia fastuosos se manifestat: illa humilem Matthiam eligit & extollit, superbum & arrogantem Judam hæc deprimat & repudiat. Cæterum alia huiusce rei non est inuestiganda ratio, quam merum beneplacitum, & libera, & non coacta Dei voluntas, quæ non curiose indagari, sed laudari vult, vti & Christus Patrem laudauit, dicens, *Confiteor tibi Pater, &c.*

An non verissimum, Auditores, aliam prædestinationis esse aut dari causam non posse, quam solam Dei voluntatem & beneplacitum libere prædestinantis? Merito præuisio nihil hic efficit, ac prorsus ne vilo bonorum operum intuitu peragatur; hinc simplex, purus misericordiæ est actus. In cuius rei confirmationem Mosis olim ait Deus: *Miserebor, cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*; hinc altera à me quaerenda non est ratio, hoc in genere liber sum. Parabola illa Euangelica, libertatem cuiusdam patrisfamilias representatura, hanc conclusionem eodem respicientem continet: *An non mihi licet facere, quod volo?* an non in actionibus meis liber sum? num voluntas mea curiositatis humanæ calculis subiicienda? nequaquam Domine, sed Deus est liber & omnipotens; & quidquid a-ber & omnis ad extra præter merum beneplacitum nullam causam habet. Si vnum prædestinas

Q. stinas

Psal. 108.

Psal. 110.

In Deo duo sunt magna attributa, misericordia & iustitia. Heb. 9.

Bernardinus de Iustis.

Matth. 11.

Misericordiam

aut peccatorum

quadam dia Dei

huic hu-

confessio, vt bene notauit Augustinus;

(nam miles spe-

qui hic confiteretur, peccare nequit)

sed meta stat & confessio

laudis: quasi diceret, Est cur te laudem

& celebrem, Pater æternæ, est cur tibi

immensas agam gratias, quod superbos & arrogantes

mundi huius amatores sublimia fidei

mysteria celaris, & humilibus ac simplicibus

ea detexeris. Æterna Patris sapientia

duo hæc in diuinitate attributa notat, misericordiæ

scilicet & iustitiæ; misericordia paruulis,

iustitia fastuosos se manifestat: illa humilem

Matthiam eligit & extollit, superbum & arrogantem

Judam hæc deprimat & repudiat. Cæterum alia huiusce rei non est inuestiganda ratio, quam merum beneplacitum, & libera, & non coacta Dei voluntas, quæ non curiose indagari, sed laudari vult, vti & Christus Patrem laudauit, dicens, Confiteor tibi Pater, &c.

An non verissimum, Auditores, aliam prædestinationis esse aut dari causam non posse, quam solam Dei voluntatem & beneplacitum libere prædestinantis? Merito præuisio nihil hic efficit, ac prorsus ne vilo bonorum operum intuitu peragatur; hinc simplex, purus misericordiæ est actus. In cuius rei confirmationem Mosis olim ait Deus: Miserebor, cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit; hinc altera à me quaerenda non est ratio, hoc in genere liber sum. Parabola illa Euangelica, libertatem cuiusdam patrisfamilias representatura, hanc conclusionem eodem respicientem continet: An non mihi licet facere, quod volo? an non in actionibus meis liber sum? num voluntas mea curiositatis humanæ calculis subiicienda? nequaquam Domine, sed Deus est liber & omnipotens; & quidquid a-ber & omnis ad extra præter merum beneplacitum nullam causam habet. Si vnum prædestinas

stinas, & alium reprobas; si hunc illuminas, & illum excæcas; si vnius cor emollis, & alterius obduras; si Apostolum condemnas, & latroni salutem offers; si Judam reicis, & Matthiam eligis; aliam rei huius rationem non exquiri, sed suppliciter in terram provolutus, & oculos ad te conuertens cum Saluatore meo Christo exclamo, *Confiteor tibi Pater, &c.*

Rom. 9.

Magnus ille Theologus Paulus hæc mysteria tractans, & eorū causa Jacobi electionem producens, quomodo scilicet fratrem supplantarit, & priorū genitorū iura sibi vindicarit, nullis Deum præiis meritis ad hoc inducentibus aut emouentibus, velut obstupescens, & libera eius iudicia demiratus, ait:

Diligentia
omnis hu-
mana nihil
facit in ele-
ctionibus
diuinis.

Cum nondum nati fuissent, Jacob & Esau, aut aliquid boni egissent, aut mali, sed secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex voluntate diuinum est ei, quia maior seruiet minori. Vterius progredi non ausus Apostolus sublimem hanc materiam humili hac conclusione finit, *igitur non volentis, neque urgentis, sed miserentis est Dei.* Ego vanas curiositates & curiosas meas indagaciones hinc Domini verbis præscindo, *Confiteor tibi Pater, &c.*

Judicia Dei
inscrutabi-
lia.

Ea sunt Dei arcana & mysteria, vt intelligere humanum illa nequeat ingenium, ea maris iudiciorum eius est profunditas, vt ad fundum eorum nemo queat attingere. Hic perplexus & intricatus est labyrinthus, quem cum fueris ingressus, exitum non inuenis, quin nulla mens est humana aut iudicium, quod non hic erret, & à via deflectat. Hic scilicet ille Ezechielis torrens est, quem quo magis ingrederis, eo maius pereundi discrimen imminet, ingredienti aqua peruadatur, sed ulterius progressus, & in curiositatis abyssos se induens naufragij periculum incurrit. Silere hic multo satius est, quam multis verbis & rationibus rem velle exponere: maiorisque hic meriti est humilitas tacite rem admirata, quam humana ratio eam penetrare gestiens & indagare. Hinc semper mihi satis fuit dicere, *Confiteor tibi Pater, &c.*

Prædesti-
natio sine

Vnum hoc dixerō, et si electorum prædestinatio pure ac simpliciter sine vllō fiat me-

ritorum intuitu, non tamen in impiorum reprobatione id locum habere: hæc si sit præiudicium vitæ illorum nequam & opera præfatione; non ua semper præsupponit. Prædestinatio namque reprobatione misericordie est actus, reprobatio vero iustitiæ, illa sine vllō sit intuitu, aut hominum fauore, & à nudo Dei beneplacito pure dependet; non vero hæc, vt pote siue causæ cognitione fieri numquam solita.

Aliquos quidem suorum Rex extollere, & Reprobos ad honores amplissimos euehere, sine vllō tione sine generis, animi, rerumque gestarum intuitu. causarum poterit; quod ita velit, & clementiæ id eius cognitione sit argumentum, quæ meritorum magnitudinem non sit, dinem multitudinemque; minime spectat: aliquos tamen neci aut suspensio addicere ei non licet, nisi id ante delinquendo meruerint, & mortis rei iudicio conuicti sint; iniustitiam id namque saperet. Ad eundem plane modum Regum ille Rex Deus aliquos quidem sine meritorum intuitu eligere & adoptare poterit: nam id misericordie suæ partes exiguit: at neminem condemnare aut reprobare, nisi id ante promeruerit, in iustitiam alioqui suam peccaret. Hoc loquens, hodie sanctum Matthiam delegit, quod ita voluerit; scelestum & impium Judam abiecit, quod eius id peccata exigent.

Hanc eius calamitatem & ruinam denotasse apud D. Matthæum videtur, dum improbis omnibus comminatus ait: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mitte tur.* Iribilis huius comminationis effectus in Juda completus est; et si enim perditus hic proditor Dei manu in Ecclesiæ vitidario plantatus sit, & ad dignitatem Apostolicam assumptus, nõ idcirco tamen bonos fructus tulit, hinc excisus, in ignem coniectus, & æternis est supplicij adiudicatus.

IV.

Hæc arboris mentio alterius mihi refrenat memoriam, siculneæ inquam, quæ cum in vinea plantata fructum non afferret, eam ilico Dominus excindi iubet, dicens: *Eccc Luc. 13. anni tres sunt, ex quo conio quarens fructum in siculneæ hac, & non inuenio; succide ergo illam, vt quidem terram occupas; infelix Judas arbor erat in Ecclesiæ vinea constra, & Judas colatus à tricano ad Apostolatam vocatus, spe- rabat,*

scilicet a rabat ab eo fructum Deus, sed frustra, demum inferacem & sterilem videns, & alterius, qui in sancto hoc officio maiores afferret & digniores fructus, locum occupare, iratus eum eternū se reicit, excindi iubet indignūq; cenfer, qui terram occupet, & aliquo tua in Ecclesia sit ordine.

Dan. 4.

Alterius item arboris, quæ exteriori quidem specie insignis apparebat, quæq; proposito nostro apprimè quadrat, meminit Daniel; hæc quidem in cælum ramos & brachia extendebat, & radices in terræ viscera emittebat, sed succensus Deus eam excidi, fructus eius dissipari, & per terram sterni iubet: *Succidite arborem, prascindite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius.*

Allegoria.

Non aliam porro excisionis huius rationem adducit Propheta, quam quod *ex ea vescebat omnis caro*, id est, bestias omnigenas fructus eius pascebat. Negari autem non potest, quin magna quædam arbor fuerit Judas, quamdiu scilicet inter Apostolos est commoratus; potestatis namque eius brachia in cælum extendebantur, cum illius claudendi aperiendique clausæ & auctoritatem haberet, radices ad vsque tartara penetrabant, cum diabolis imperandi, eosque pellendi esset potestate donatus. Fructibus etiam scatebat, utpote varia ornatus gratia, miraculorum nempe patratorum, Evangelij docendi, Scripturæ expoandæ, & potestatis in Ecclesia exercendæ. Honore quoq; & dignitate eminebat, erat enim Christi discipulus, è terræ Principibus, è totius vniuersi Pontificibus & Episcopis, è primatis legis gratiæ præconibus & prædicatoribus vnus, de numero denique campanarum illarum ingentium, quarum per omnes terræ plagas fuit sonus & strepitus exauditus, *In omnem terram exiit sonus eorum*, sed frustra fuere hæc nomina. Irascitur illi Deus diuinam in se iracundiam & vindictam prouocat. pœnæ addicitur, & in reprobationis abyssos præceps deiicitur. Fructus namque quos proferebat, quas voluebat cogitationes, quæ effutiebat verba, quidquid denique operabatur, non ad Dei laudem & proximi opem cedebat, sed inexplibili eius auaritiæ esca, & inextinguibili concu-

Judas arbori Nabuchodonosoris collatus.

Psal. 18.

piscentiæ eius ardori fames & alimentum potius erat. Proh scelestæ & feralis arbor! dissimilis illis, de quibus loquitur Psalmista, *Et erit sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

Psal. 1.

Vaserrimi huius proditoris scelera exagerans Rupertus, de eo ad litteram Psal. 108. cui initium, *Deus laudem meam ne tacueris*, exponit, notatque triginta eodem maledictiones & diras, triginta, quibus sacrilegus hic Dominum suum vendidit, denariis ex aduerso respondentes contineri. Addit, quem admodum serpens, quo dæmon velut fraudium & inescationum suarum instrumento est ad protoplastum subuertendum vsus, inter omnia terræ animantia fuit maledictus & diris deuotus, ita scelestum & infidum Judam quod Satanæ ad necem filio Dei procurandam instrumenti & organi loco fuerit, præ reliquis mortalibus, execrationibus & diris in sacra Scriptura deuorum legi.

Ruperti obseruatio circa Judæ.

Judas inter omnes homines, maledictus.

Hanc vero scelera eius pœnam & punitiorem commercabantur. Quatuor namque horrendorū flagitiorum, quibus vix paria queat inter humanas offensas reperiri, reus fuit. Primo homicidij & necis intentatæ, & quidem turpissimæ & crudelissimæ, dum scilicet in vniuersi Dei filij vitam conspirauit, & eius de medio sustollendi auctor fuit, ut post factum sicte ipse pœnitens confiteretur, *Peccauit, inquit, tradens sanguinem iustum*. Deinde hæreseos; nam postquam Christi fidem recepisset, eiusque se cultui dicasset, ab eodem descendit, & apostata factus, *prauaricatus est, ut abiret in locum iuum*, id est in tartara. Tertio, Simoniam admisit, & quidem grauissimam, vendito nempe, idque pretio temporalis, triginta se denariis, Jesu Christo, quo nullum in orbe pignus sanctius, pretiosius, aut diuinus. Denique furtum & depeculationem, quod crimen in Evangelij acta relatum est, *Fur erat, & oculos habens*. Adeo ut & insignis fuerit fur, & execrandus simoniacus, & damnatus hæreticus, homicida quoque & scarius manifestus, denique bipedum omnium nequissimus & maxime execrandus.

V. Quatuor norma Judæ crimina. Math. 27. 2. Hæreseos

AE. 1.

Simoniam

4. Furtum

Ioan. 12.

Verum quoniam non est animus, nec ipsum

Q 2

psium ferret tempus, omnia proditori huic flagitia afflicta prosequi, vitamque eius sceleribus infamem ab incunabulis & initiis ad finem usque deducere; primum & maximum scelus eius, ipsum inquam patricium, quod adversus Deum, Dominum, ac magistrum suum conspirando consuevit, expendere, & ei diutius inhaerere constituit; utpote quo nullum unquam enormius in orbe commissum est scelus, scelus inquam omnium sceleratissimum, maxime abominabilem in hac quam in altera vita irremissibile, nullis denique precibus, intercessionibus, atque orationibus condonandum.

Peccatum
Judæ Spiritui
S. adversatur & è
pura malitia
commissum.
Tria delictorum
genera.

2. Tim. 1.

Noë Deum
pro diluio
impediendo
non orauit.

Gen. 6.

Quod ut intelligatis, memineritis oportet, tria esse delictorum genera, quaedam namque ex infirmitate, alia ex ignorantia, nonnulla denique data opera, & è pura malitia committuntur. Prima Patrem æternum, cui potentiam attribuimus; secunda Filium, cui sapientia ascribitur, postrema denique directe Spiritum sanctum, cuius propria est bonitas nequitia ac malignitati contraria, oppugnant. S. Petrus ex infirmitate, per ignorantiam Paulus, (vbi ipse confiteri non erubuit, *Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate*) Judas vero ex omnigena peccavit malitia. Hinc Apostoli pro eo non orarunt, etsi peccasse scirent; quod omnes orationi, misericordiae, & precibus fores, aditus, & accessus id peccati generis occludat.

Hinc efficio, probabile videri, & ipse velut fidei minime repugnans admitto, Noë virum alioqui iustum, centum ipsis annis ne semel quidem Deum rogasse, ut à terra iram auerteret, mundo peccatis inuoluto parceret, diluuiumque orbi non immitteret: quod ætatis illius homines, ex mera peccarent malitia, ut ex ipsa Scriptura discere est, *Multa malitia hominum erat in terra: quasi diceret; qui ea ætate vivebant hominum summa erat nequitia, utpote perditum, honorem omnem exuti, timoris divini expertes, qui que assiduo Spiritus S. bonitatem, maiestatem, & magnitudinem è mera ianataque of-*

fendebant malitia. Occasiones cur Hebræos auerteretur & castigaret Deus has Ieremias proposuit Deus, *Si steterint Moyses & Samuel Ierem. 14. coram me, non exaudiam eos, non est anima mea ad populum istum, nulloque erga eum feror affectu. Crediderim, mihi que certo persuaserim, non nisi de peccatis in Spiritum sanctum hic sermonem esse, de iis, inquam, quæ è mera commissa malitia, nullam merentur veniam, & omnem tum suffragiis sanctorum, dum diuinæ misericordiae, indulgentiis & fauoribus aditum occludunt.*

Ut vero malitiæ peruersi huius proditoris excessus melius intelligatur, in mentem tua extrema reuocanda dumtaxat sunt inuentiones & ostenditur. artes, quibus eum Christus Dominus demulcere, delinire, & è tot prauis eius moliminibus contextum funem abruptere conatus est, nihil dum proficendo, nullumque respicientiæ aut pœnitentiæ argumentum ex eo elicere valendo. Prædie est passionis, & feria V. cœnæ Domini, ipse dei filius profunda quadam humilitate perfidi huius proditoris pedes lauit, conuiuam suum esse voluit, magna verborum lenitate rui, & nam illi exitium prædixit, eius honoris & famæ patrociniū sollicitè suscepit, illius prodicionem detegere nolens, ne eum apud alios Apostolos, qui cognita vastia eius conspiratione de eo ultionem cepissent, infamem redderet, tam honorifice eum pretioso corpore suo pavit, placide illum suavi amici nomine in horto, cum latronum & militum agmen duceret, compellauit, dicens, *Amice ad quid venisti?* His tamen incentiuus & fomicibus frigidum illud traditoris peccus accendere, animum immutare, scelestam molimina auertere minime potuit; neu tot amoris & honoris oblatis, affectus declarati argumenta eminentè hanc & excendentem malitiam euincere, aut emolliere potuerunt.

Plinius, Solinus, Albertus, alii que mineralium naturæ Scriptores prodidere, Chalaciam gemmam eius esse naturæ, ut medijs iniecta flammis non incalescat, sed nequidquam circumsecus crepitantibus ignibus naturale frigus retineat, Cuius rei rationem

Peccata in Spiritum S. indigna venia.

Mirabilia artificia Christi ad Judæ malitiam emolliendam.

Lib. 37. c. 9.
Cap. 50.
Lib. 2. c. 7.
Chalacia gemma in ignibus manet frigida.
dare

daſe conatus Albertus, eam pororum eius reſtriſione attribuit. Audite vt eam Poeta deſcripſerint :

*Eſt qua candorem fert grandinis atq; ſigur am
Ignibus omniſmodis inuſta a chalcia gemma,
Cuius nature viſ tanta probatur, vt omni
Tempore frigida ſit nulloque caleſcat ab igne.*

Gemmam hanc vbi diligentius conſidero, eius nature crediderim Iudam fuiſſe, & cordis eius glaciem ac gelu gemmæ huius algore algidius ac frigidius extiſſe: inter medios namque ignes conſtitutus, in feruentiſſimo pietatis actu agens, in maximo charitatis feruore, quin & apud ipſum ſolem a deo æſtuantem, & tam agnitum, vt de ſe ipſe dixerit, *Ignem veni mittere in terram*, imo & ipſa eius verba totidem erant velut flammæ, quæ calefaciendo ardebant, & ardendo corda diſcipulorum apud D. Lucam calefaciebant, dum dicunt, *Nonne cor noſtrum ardens erat, cum loqueretur nobis in via?* nunquam tamen ignem concipere, numquam amore Dei potuit ſuccendi, frigidus ſemper, obſtinatus, inque nequitia ſua obduratus ſterit.

Tanta quoque eius erat nequitia, vt eam Dei filius cognitam habens, diabolicæ aſſimularit, vixque ſibi parem in homine reperi poſſe perſuadens, diabolum vere eum eſſe dixerit. nam apud Apoſtolos de ſceleſto hoc verba faciens, per ambages locutus ait, *Numquid vnus ex vobis diabolus eſt?* perinde ac ſi diceret: Inter vos Iudas eſt, qui tanta nequitia, feritate tâta eſt imbutus, vt humanâ qualitatem exutus, diabolicâ nequitiam induerit, & vere diabolus factus ſit. O admirabile Dei iudicium! ô fortunæ ludibrium! ten, qui miſerante Deo inter Chriſti erat coopertus Apoſtolos, malitia ac ſcelere ſuo è tam ſublimi delapſus ſaltigio, factus eſt diabolus.

Hic mihi tuis admirationibus ſuccurre ſanctiſſime Paule, & tuas hac in re exclamations adhibere me ſinito; neque enim poſſum, quin tecum exclamem: *O altitudo diuinarum ſapientia & ſcientia Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inuſtigabiles via eius!* Quid? Apoſtolum de ſua ſalute nõ eſſe ſecurum? Diſcipulum Chriſti Domini reprobati? prædeſtinationem diuinam mutari poſſe? electorũ prærogatiuam reuocari:

Iudam in diabolum tranſire: ô maria! ô abyſſos! Hic ſtate de vobis ipſis præſumentes mortales, & ſtruentes videte, ſemper vobis ipſis cauere, ſemper cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini, & Deo timentes ſeruire. Memineritis, obſecro, verborum Apoſtoli, qui ſtat, *videat ne cadat*, & Philadel. *Apoſt. 3. pheni Epifcopi factæ comminationis, 1 ene 1. Cor. 10. quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

Verum, cur fieri dicam, vt ad Apoſtolum eligatur, & à Deo vocetur is, quem eligat ad Aproditorum fore præſciebat? cur tanti facit, poſtolarum tantique honoribus exornat eum, cuius laudeus, quæ pſum, exitium ac ruinam præuidebat? Idem proditorẽ de angelis præuaricatoribus, de primis geſore præneris humani patentibus, deque aliis pluſciebat. mis rogari queat. ſed perplexa & intricata hæc fuerit quaſtio, ſi vigere, & longius eam deducere quis velit: vt pie iuxta & docte ſanctus Hieronymus contra Pelagium, & Cyrillus Alexandrinus, alique viri illuſtres eam proſequentur.

Certum ergo & indubitatum id eſto, nullum à Deo hominem creari, vt peccet, Non creatur aut ſcelus aliquod conſciſcat; ne impium hominem quidem Iudam ea intentione in lucem emiſſiſſe, vt proditorum ageret: ſinguli quippe per ſuo ad malum feruntur impetu, liberum arbitrium & voluntatis libertas neminem non ad peccandum impellunt. Nature ſiquidem auctor eſſe nobis noſtrum communicans, non niſi eiufdem conſeruatiõnem ſpectat, ipſi vero id deſtruimus, ipſi in nos ipſos conſpiramus, ipſi ſceleri nos obſtringimus, nos in noſtri voluimus & currimus ruinam. Vnde hoc ipſum nobis obicit & exprobrat Deus, *Perditio tua ex te Iſrael!* Et ſi reſte D. Ambroſio Deus interdum, vt pote infinite ſapiens, & ſumme bonus, malum cuiuſpiam permittat, vt aliquod inde eliciat bonum.

In cuius doctrinæ exemplum, Iudam huc producit magnus Auguſtinus, duasque inſignes depromit rationes, cur nimirum iam à Deo electus, poſt electionem in peccatum labi permiſſus, & poſt permiſſionem tam diu tanta Dei toleratus cum longanimitate ſit. Prima eſt, *vt malo vteretur bene ad opus paſſionis.* Secunda, *vt Eccleſia ſua toler-*

Iudas Chalcia ſimilis.

Luc. 11.

Luc. 24.

Iudas vocatus diabolus.

Matth. 26.

Mirabilia Dei iudicia.

Rom. 11.

Apoſt. 3.

1. Cor. 10.

Lib. 3. cont.

Pelag.

Lib. 9. in

Ioan. c. 10.

Non creatur

Deus, vt

ſinguli quippe

per

liberum

neminem

impellunt.

Nature ſi-

quidem auctor

eſſe nobis noſtrum

communicans,

non niſi eiufdem

conſeruatiõnem

ſpectat, ipſi vero

id deſtruimus, ipſi in

nos ipſos conſpiramus,

ipſi ſceleri nos ob-

ſtringimus, nos in noſtri

voluimus & currimus

ruinam. Vnde hoc ipſum

nobis obicit & exprobrat

Deus, *Perditio tua ex te Iſrael!*

Et ſi reſte D. Ambroſio

Deus interdum, vt

potè infinite ſapiens, &

ſumme bonus, malum

cuiuſpiam permittat,

vt aliquod inde eliciat

bonum.

In cuius doctrinæ

exemplum, Iudam huc

producit magnus Auguſtinus,

duasque inſignes

depromit rationes, cur

nimirum iam à

Deo electus, poſt electionem

in peccatum labi permiſſus,

& poſt permiſſionem tam

diu tanta Dei toleratus

cum longanimitate ſit.

Prima eſt, *vt malo vteretur*

bene ad opus paſſionis.

Secunda, *vt Eccleſia ſua*

toler-

randorum malorum praberet exemplum. In cuius rei argumentum prouidus ille paterfamilias apud Matthæum, auditio zizania inter triticum in agro suo sparsim intercrefcere, noluit ea ab agricolis tam cito euelli, sed ad vsque messis tempus tolerauit, dicens:

Matth. 13.

Sinite utraq; crescere vsq; ad messem: quasi diceret, nondum ea tollite, sed adhuc sinite crescere.

Adde, Iudam, dum in cœtum Apostolicum cooptatus est, bonum fuisse, & aliquanto etiam post tempore in ea bonitate perseuerasse; non secus ac Saul, qui priusquam ad imperium & sceptrum assumeretur, passim, etiam apud Deum, vir iustus ac sincerus habebatur, & aliquot etiam annis eandem probitatem præ se tulit, vt in libris Regum legere est.

1. Reg. 13.

De eo siquidem habemus, *filius enim annierat Saul, cum regnare cepisset.* Neque adhuc inter vbera nutricis & in cunis agens.

Vita Iudæ comparata cum Saulis.

peruenisse sit verisimile, quod vel cogitare stolidum & puerile foret; sed hinc efficitur, ea Saulem vitæ fuisse innocentia, qua puer adhuc inter vbera nutricis & in cunis agens.

Hæc quoque vitæ Iudæ fuit ratio, hæc eiusdem initia; progressus & finis pene par: sincerus enim fuit sub principium, & aliquot post mensibus, sed circa finem impius & maxime flagitiosus. Comparationem hanc Iudæ cum Saule primus sanctus Ambrosius adinuenit, qui vtriusque inter se vitam contrulit, vt vero ostendat bonum aliquando & sincerum fuisse, hæc sancti Petri ex Actis verba adfert, *sortitus est sortem ministerii huius.*

Hæc sententia, vt pote probabilis, & verisimilitudinem habens, etiam illustrium in Ecclesia Doctorum auctoritate stabilitur, vt Cyrilli, Hieronymi, Tertulliani, Ambrosii, Chrysostomi, Basilii, & aliorum, atque in primis Euthymii in Lucam, qui id inde probat, quod in prima vnctione, qua Magdalenæ pœnitens sacros Christi pedes vixit, murasse minime legatur, vt qui nondum auri sui æstuabat, aut in alitiam spirabat.

Cyroll. lib. 4. Alii Patres & Doctores de mutatione morum Iudæ, de vitæ eius inconstantia, & *Hieron. lib. 3.* imprimis de laudabilibus eius principiis, & *Tertull. li. de anim. c. 4.* de in iisdem ad tempus continuatione longe

alia & notabilia scriptis prodidere. Anastasius Nicenus in suis in sacram Scripturam questionibus miracula cum patre refert, Olympiodorus multos fidei cum asseruisse auctores; dæmones fugasse tradit Cyrillus Hierosolymitanus. Tertullianus omnem hunc progressum vna falce succidens, in innocentia eum & sinceritate ait perseuerasse, quousque loculorum & oblatorum Domino illi curâ commissa: quæ illi à Domino idcirco concredita, vt cor eius auaritia & desiderio auri æstuans, aliquatenus satiaretur, vt quidem Hieronymus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius in Ioannem, & Origenes in Cantica prodidere; vel quod ad spiritualia alius minus esset aptus, sed ad temporalium forsitan administrationem accommodatior, vel potius, vt sanctus Ambrosius ait, ne forsitan, quasi minus honoratus, aut commodis frustratus, Dominum proderet, & aduersum vitam eius conspirare coactus fuisse videretur.

Cur loculi dat rationem, vt nimirum inexcusabilis foret, eoque maius eius peccatum, vt qui non obstante pecunie aurique Domino dati tractatione, nihilominus contra vitam eius & sanguinem, cupiditate auri æstuans conspirauit. Fuit ergo omnium mortalium, quos terra vniquam tulit, cauernæ & specus protulere, aut tartarus potius in mundum prouexit, nequissimus, perniciosissimus, & maxime execrandus. Variis diuersisque eum coloribus depingunt Patres. Ambrosius, Hieronymus, Basilii, Gregorius, Augustinus, Caino eum comparant fraterno se polluentis sanguine; quiq; horrendo hoc flagitio contaminatus de venia obtinenda desperauit, indignumq; se tanto cõmisso facinore credidit, qui indulgentiam consequeretur: hinc ore blasphemio diabolicoq; ait: *Maior est iniquitas mea, quam vt Seniam mercar.* Ita parricida ille Iudas, cum traditionem aduersus Dominum ac magistrum suum, quin imo Dei filium insigni quodam scelere adornasset, hinc desperandi occasionem sumpsit, & flagitii sui enormitate perspecta, misericordie impetrandæ diffidens, sui ipsius factus tortor ad arborem suspendio vitam arripit.

Euthym. Luc. 7. Anast. q. 22. in Scrip. Olympiod. Tertullian.

Homil. in Cant. 4.

1. Offic. c. 16.

Cur loculi Iudæ commisi.

Iudas Caino à Patribus nonnullis confertur.

Gen. 4.

Sanctus

Ab aliis Achitopheli.

Sanctus Hieronymus, Drogo Cardinalis, sanctus Augustinus, & Rupertus Achitopheli assimilicem fuisse tradunt: Achitophel namque nobilis fuit proditor: cui cum David Rex regni arcana consiliaque intima commisit, in Domini ac Regis vitam conspiravit, & uniuersum prope regnum ad Absalomi aduersus patrem & Regem Israel insurgentis partes concitauit: sed cum non eum ac uoluisset exitum coniuratio esset nacta, furore & desperatione concitus, & de misericordia apud Regem impetranda desperans, sui ipsius factus est carnifex, hæc uero historiarum uerba sunt: Porro Achitophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, surrexit, & abiit in domum suam, & disposita domo sua, suspendio interit. Ad eundem plane modum infelix & infamis Iudas cum inter Apostolos Consiliarios, & Secretarios Christi Domini, qui natura sua totius orbis Rex erat, esset coopertus, & scelestis suis consiliis & peruersis conspirationibus omnem Iudæorum populum concitasset, ut aduersus legitimum adeoque exoptatum Messiam conspiraret, cum noxiæ eius machinationes ad votum non successissent, furore & rabie tumens, & de uenia obtinenda desperans, laqueo vitam interclusit.

2. Reg. 16. 17.

Iudas Absalom col-latus.

Ab iisdem rebelli Absalomo haud dissimilis habetur, qui furore & iracundia æstuans, fratrem suum Amnonem in insidias pertraxit, & geniali epulo exceptum & bene potum sacrilega & parricidalis manu iugulari imperauit. Rem Regum historia latius deducit: *Fecera que Absalom conuiuium quasi conuiuium Regis, præceperat autem Absalom pueris, uis dicens: Obseruate cum temulentus fuerit Amnon uino, & dicit ero Sobrius, Percutite eum & interficite.* Sed indigni huius facinoris vindex Deus poenas haud multo post exegit: multo namque per densos arborum ordines inequitans, imis illicis ramis cascasiem implexus pependit. Non minor etiam Iudas iracundia ardens, non suum modo fratrem, sed Deum ipsum prodidit, & lætioris vultus sub velamine, ficto quodam osculo inimicis illum tradidit, in monte Caluaria conspiciendum dedit; inde cruci, morti, eique crudelissimæ exposuit: sed peccatum quoque eius flagella

2. Reg. 13.

2. Reg. 8.

Secum trahens, ad eam virum desperationem coegit, ut è ligno infami se suspendere.

Magnus ille Mediolanensium Præsul & Catholicæ Ecclesiæ Doctor Ambrosius eum cum Doeg Idumæo, Prophetarum percussore interfectoreque in eadem bilance componit. Scelestus hic Idumæus Regem David prodidit, atque irruptione in Sacerdotes facta, trucidauit vna die octoginta quinque viros vestitos ephod lineo, id est, Sacerdotes. Ad eundem plane modum Iudas Iscariotes eam machinans prodicionem, cui parem non vidit orbis, mortis non vnus sacerdotis duntaxat, sed summi illius Pontificis, & Sacerdotum omnium coryphæi, ac cuius maximi quique Præfules non nisi ministri & famuli sunt, causa existit.

S. Ambrosius Iudam assimilat Doeg Prophetarum interfectorem.

1. Reg. 22.

Aliam insidit viam Leo magnus, & perfidi huius proditoris peruersitatem cum lasciuis illis Susannæ matronæ castissimæ pudicitia vitæque infidiatoribus, quos Daniel Propheta, *semen Chanaan, & non Iuda* palam indigetat, confert, & pari cogit passu incidere.

S. Leo comparat cum duobus senibus Susannæ castæ accusatoribus.

Dan. 13.

Omnibus hisce sanctorum Patrum inuentionibus & comparationibus, quas magni haud dubie facio, & summo opere deprædico, meum quoque visum est addere symbolum: quare dixerò, cum artes, versutias, perfidiamque triobolaris huius nebulonis, mecum examino attentius, non multum à Iobæ perfidi artibus differre videri. Fuit hic inter Davidis Regis Duces facile quidam princeps, qui aduersus Amasam fratrem ex inuidia conspirans, cum in ipsum incidisset, beneuole illum fratris nomine compellendo, omniq; officii nomine prosequendo, manu eum vna est amanter complexus, altera ficam in viscera nec opinantis condidit, atque ita vita exiit: *Dixit itaq; Iobad ad Amasam: Saluum me frater, & tenuit manu dextra mentum Amasæ, quasi osculans eum, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, &c.* Ad hæc omnia cum Iudæ factis optime coincidunt? An non filium Dei salutando, & amice osculando mortis & infamis illi crucis parandæ fuit occasio?

Iudas & Iobad confertur.

2. Reg. 20.

Eusebius Casariensis magni vir nominis & doctrinæ singularis, hæc veterum da-

Iudæ

Peccatum Iudæ scriptum stylo ferreo.

Jerem. 17.

Iudæ iudicia, simul & peccati illius enormitatem examinaans ipsum quidem adeo enormem existimat, vt stylo ferreo & vngue adamantina in rubricante diuinæ iustitiæ charta scriptum illud credat, ad quod hanc ieremiæ locum producit, Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino, &c.

At quem haberet exitum oratio, si quæcunque de Iudæ reprobatione, prodicione, auaritia, cæterisque vitæ eiusdem probis à sanctis Ecclesiæ Patribus notata sunt, & dici queunt, huc coner offerre? funesta nimis hæc materia est, aliam longe futuram iucundiorum, sancti Matthiæ inquam electionem, illiusque in Apostolicum cœtum cooptationem proponam; quod & secunda orationis parte me facturum sponderam.

VI.

Apostoli in vnum collecti locum ad Matthiæ electionem

Ergo postquam se electus & sacrilegus ille Iudas præuaticatus abiisset in locum suum, sacrum Apostolorum collegium Hierosolymis conuenit, vt eius in & locum dignitatem qui succederet, iuxta id Prophetæ vaticinium, Et Episcopatum eius accipias alter; alium surrogarent. Duos igitur viros ex omni discipulorum numero præstantes, probos vt

Ahor. 1.

qui maxime, ac fideles Christi Domini seruos, hinc Matthiam, illum Iosephum cognomento Barsabam istaruendo, elegerunt: inde precibus ad Deum fuis, & diuinum iunctim efflagitantes lumen & instinctum, sortem super eos iecere; quam æquissimus rerum moderator Deus super Matthiam cadere permisit; itaque in duodecim virum est collegium cooptatus.

Hæc in electionibus hominum, vt ad officia & munia assumerentur, procedendi & fortis iaciendæ ratio causa erit, paucis vt exponam, sortes illas ita à veteribus vsurpatis, nihil fuisse aliud, quam chartulas quasdam, aut quid simile alearum in formam concinnatum, in vinam, aut simile vasculum coniectas, quæ deinde in fortitionibus publicis hinc educebantur. Cicero actionibus in Verrem fortis in amphoram, in situlam Plaurus, in galeas, cassides militari more coniectæ meminit Homerus; Virgilius in re quidem bellica & castrensî in galeis sortes commistas, in politicis vero rebusque ciuilibus vinas adhibitas vult.

Cic. 4. act. in Verrem. Plaut. Cassina. Hom. Iliad. 8. Virg. 5. 6. Aneid.

Ethnicis & barbaris sortiendi ratio familiaris admodum fuit, & quidem longo tempore eius seruarunt vsus: isque per omnes fere orbis populos inualuit, terra non minus quam mari. Nauræ qui Ionam in Tharsis vehabant, tempestate iactati, & naufragii metuentes discrimen, miserunt sortes, & cecidit fors super Ionam, qui sorte hac designatus in mare idcirco deiectus fuit, & ab vndis absorptus. Longo ante tempore sortes vsurpauerat Rex Babylonis: de eo namque scribit Ezechiel, Stetit Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem querens, commiscens sagittas, &c.

Sacrum v. sus apud veteres.

Ion. 1.

Ezech. 20.

Arrogans Aman Persa, quo vindictam de Mardochæo, & vniuerso Iudæorum populo sumeret, die ac mense, è sortibus discere voluit, Missa est fors in vnam, qua Hebraice dicitur Phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici. Exinde & præsidarii Romani Hierosolymis, in monte Caluarie filio Dei moriente, sub cruce super vestem eius miserunt sortes, vt Euangelista notat, Postquam autem crucifixum viderunt, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes, quod & Propheta olim prædixerat, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Esth. 3.

Matth. 23.

Psal. 21.

Hæc quidem sacris deprompta litteris, sed audite & prophana. Refert Corn. Tacitus eques Romanus, & scriptor peregregius, Romanæ magistratus, prouincias, quinimo legationes, sortito decretas, ne quis ambitioni, mutæ conspirationi, litigio, turbisq; locus esset. Obseruauit id ipsum Sigonius.

Lib. 10.

Lib. 2. de iur. dic. 6. 11.

Græci colonias quoque suas forti committerebat, quin & apud Athenienses Areopagite sententias suas sorte proferebant, coniectis scilicet plurimis in vnam litteris. Testem habeo huiusce rei eundem Sigonium, qui Lucianum, Demosthenem, & Aristophanis scholiastæ vt testes producit. Tradit Tullius, legem Syracusis fuisse, quæ Iouis Sacerdotem in annos singulos capi sortito iuberet: Lucianus, apud Spartanos sortibus gladiatores in duellum ait & arenam descendisse: T. Litiuus Romanos in bellis nihil nisi sorte iacta recisse, sortito castra metasse, ordines disposituisse, sortito quoque duces & ceterationes suos creasse

In rep. Ath. lib. 3. Arist. 4. In Herm. Li. 2. dec. 3.

Hebræis

Apud Hebræos item Scriptura sacra fidem facit, adeo vt in omni sortiu vsu. prope iustitiæ exercitio, in Regum electione, terræ diuisione, munium distributione, ipsis denique sacrificiis nihil nisi sorte decusum deereuerint.

Leuit. 16. In Leuitico mitti videbitis sortes super hircos duos iam sacrificio destinatos, *Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittensq; super utrumque sortem.*

Numer. 17. 10. 7. In Numeris Aaron aliis sacerdotiu eius ambientibus sorte præfertur. In Iosue, Acham de familia Zire furtum è tanto bellatorum numero sorte detegitur. Idem & Ionathæ contigit, *Et ait Saul, mittite sortem inter me, & inter Ionatham filium meum, & captus est Ionathas.*

1. Reg. 14. 1. Reg. 10. Electionem etiam Saulis sorte factam deprehendo; cum enim Samuel Propheta tribus omnes Israel in vnam commisisset, & super Beniaminiticâ fors cecidisset; rursus omnes eiusdem familias in vnam coniecit, *Et cecidit fors super cognationem Merri, & peruenit vsq; ad Saul filium Cis.* Video & terram promissionis Hebræis, Deo ita iubente, sorte diuisam, *Et adumtaxat, vt fors terram tribubus diuidat & familiis.* Singularem ad designat Regius Propheta dicens: *Et sorte diuisit eis terram in frangulo distributionis, &c.* Ne vero ad sortilegium hoc adstruendum longius prouehamur, sufficiat videre, Apostoli in perfidi Iudæ locum surrogationem sortito fieri, & ab Apostolis sortes adhiberi: *Cecidit fors super Matthiam, &c.*

Num. 16. Notare circa hanc per sortes electionem doctiores velim, Iudaismum hanc redolere, & vtu suo & consuetudine quid sapuisse Mosaicum, ac proinde minus perfectam & excellentem esse; quæque post Spiritus sancti missionem numquam deinde in vsu fuerit.

Psal. 77. Non quod taxare aut carpere velim, quod diuinitus scio quoad sancti Matthiæ electionem comprobatum, & quod Apostolos, communi voto & consensu, præmissis communibus ad Deum precibus & orationibus constar fecisse. Quin vero electio hæc omnibus suis numeris & partibus fuit absoluta. Primo quoad electores, quorum sum-

Matthiæ electio legitima plane fuit.

Bessai tom. 3. De Sanctis.

ma fuit auctoritas; vt pote qui Apostoli erant, totius scilicet vniuersi Principes, terræ Præsides, cœli ianitores, populorum Doctores, & Euangelij præcones: quibus hoc Psalmographi aptari queat, *Principes populorum regati sunt cum Deo Abraham ad sancti* *Psal. 46.*

Matthiæ nimirum electionem faciendam. Secundo, quoad electum & designatum, de quo merito dictum putemus, quod de primo Israelitarum Rege à Samuele dictum legitimus: *Certo videtur, quem elegerit Dominus, quod non sit similis ei in omni populo.* Quas enim sanctus Matthias habebat dotes & perfectiones, non erant illi cum alijs communes, vi sua in oratione luculenter ostēdit Apostolorum Princeps, elucebat siquidem quædam in eo morum maturitas, dicit enim, *Ex his viris: quin & vitæ sanctimonia, additur namque, qui nobiscum sunt congregati: sapientiæ quoque; & doctrinæ profunditas; norat enim quidquid ad vitam Saluatoris pertinebat, iā inde ab exordio ad finē vsque; extollit namque; Omni tempore, quo intrauit & exiit.*

Tertio, quoad eligendi modum; omnes enim Apostoli antequam eam aggrederentur, preces præmiserunt, & orationi solito feruentius incubuerunt; vnde notat Scriptura, *Et orantes diuere.*

Ab oratione suam electionem prouidi hi Electores inchoarunt, vt hinc discamus, omnem electionem, ac præsertim Antistitum, eorumque, quibus Ecclesiæ moderari habendas incumbit, multis validisque à Deo precibus ac supplicationibus postulandâ. Deinde in omni re difficili ac perplexa, magnique momenti negotio ad publica esse suffragia, & litanias confugiendum. Ita id fecisse legitimus pium Regem Iosaphat, & posteris id ipsum præscripsisse, *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus refugij, vt oculos nostros dirigamus ad te.*

Pia, mirabilis, & nunquam satis laudata Iudith, antequam generosum & heroicum hoc singulari Holofernis facinus exequeretur, communes populo preces & supplicationes indixit, omniumque suffragia depoposcit, dicens: *Nolo vt aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum, vt mihi propitius sit.* Exinde & Apostolus Paulus communes

AB. I.

In Præsulū electione oratio adhibenda.

2. Par. 20.

Iudith. 8.

Iudith publicas petijt populi preces.

R & pu-

1. Tim. 7.

& publicas iunctis postulationibus orationes permagni fecit, ita Timotheo scribens, *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones.*

Philosophorum axioma. Publicæ preces maxime vtilis.

Inter cætera Philosophorum axioma non postremum hoc est, *Virtus vnita fortior est seipsa dispersa.* Idem penitus de oratione sentiendum, atque hoc precibus adaptandum. Nam reuera oratio vnita, & è pluribus suspicijs coagmentata ac compacta maiorum est virium & efficaciar, violentiusque celum petit, quam aliqua priuata aut particularis. Hinc ergo efficias, communes omni in re preces non minus vtilis esse quam necessarias, ac præsertim in personarum publicarum, multo vero magis, in ad animarum regimen vocatarum electione.

Error eorum, qui in præfulum electione Deû non consulunt.

Hinc errate constat eos & quidem grauissime, quinimo reprehendendos esse, qui huiusmodi in casibus à cælo consilium non petunt, ad Deum non confugiunt, eosque prouida illius directioni non commendant, sed proprio feruntur affectu, & brutorum rituum sensuum exteriorum duntaxat dictamen sequuntur. Tradit Glossa Ordinaria in 1. Machabæorum Alexandrum Magnû iam morti proximum à purpuratis suis rogatum, eum quem ex omnibus satrapis, principibus ac commilionibus successorem denominaret, ilico respondisse, vt quem optimum ac dignissimû ipsi iudicarent, hunc ad gubernacula promouerent: habebat nihilominus filium Hercule nomine, & fratrem Aridaum, quin & vxor Roxanes ex eo prægnans erat. Veruntamen neminem horum in regna succedere sua voluit, si indigni comperirentur.

1. Mach. 1.

Generosû Alexandri Magni repositum.

Quantum ergo Christiani complures erubescant, qui suis in electionibus ac denominationibus nullam virtutum meritorumque eligendi, longe secus ac barbarus ille Rex, rationem habent, ac sæpe indignissimos quosque suorum magistratum ac dignitatum successores habent ac relinquunt.

Num. 27.

In Numeris Mosi hoc modo imperat Deus, *Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, & audiat eum omnis Synago, a filiarum Israel.*

Hunc ergo populi sui ducem ac caput esse Deus vult, qui spiritu Dei sit repletus; mundus vero è contrario eos in Pastores & Ecclesiæ antistites assumi cupit, qui spiritum habent diabolicum. O dedecus & probrum intolerabile!

Sapientissimus ille mortalium Salomon (qua de causa nescio, nisi forsitan illustre quoddam denotare voluerit mysterium) nullam è suis siluis trabem aut tignum excisum in domo Dei voluit collocari; sed omnia ligna maiora, quorû in templo vsus erat futurus, è Tyrj Regis Hiram siluis & nemoribus, & aliunde peti iussit. Itaq; *Hiram dabit Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna iuxta omnem voluntatem eius.* Designare scilicet volebat, Pastores & Præsules, qui Ecclesiæ bases & columnæ sunt, apud exteros potius, modo dignitatis capaces sint, quam apud cognatos & consanguineos nostros, si nulla adsint merita, esse quarendos.

Insignis allegoria.

Interim tamen hodierna die in domo Dei, quæ est Ecclesia, dignitates & munia consanguineis aut proximis, tam familiaritate quam fœdere & affinitate iunctis conferuntur. Virtutem scilicet supplantat caro & sanguis, & mundani affectus merita præeunt.

Ecclesiasticæ dignitates externis potius, modo dignis sunt, conferendæ.

Illum Deus in Numeris in summum eligi Pontificem iussit, cuius virga floruisse: adeo vt inter duodecim in tabernaculo collocatas virgas, sola Aaronica florida apparuerit. Audite quid Scriptura dicat, *Quem ex his elegero, germinabit virga eius, & deinde, sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui.* Quo prodigio ostendere voluit illud duntaxat in præfulem assumendum, cuius vita flores, frondes, & fructus protulerit. per frondes vero verba, scientiam, doctrinamque intelligo; per flores bonum nomen & existimationem; & per fructus opera bona. Hæ nimirum sunt dotes & charismata eorum, qui in Ecclesia alijs præesse & gubernare volunt.

Num. 17. Insignis allegoria.

Talis erat Matthias noster, & omnigenæ in anima eius perfectiones reperiebantur. Et quidem sanctimonia vitæ eius è varijs colligi rebus potest. Primo, quod de 72. discipulorum à Dei filio electorum, quiq; iam inde à baptis-

VII. S. Matthias sanctitas è plurib. perspicui potest.

I. Fuit è 72. discipulis.

baptismo Ioannis ad mortem vsq; eum fideliter & indeficienter secuti sunt, numero fuerit. colligas hoc ex ijs, quæ in 1. Act. e. ad reliquos Apostolos Petrus protulit, *Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiit inter nos Dominus Iesus incipiens à bapt. mo Ioannis, vsque in diem qua assumptus est à nobis, resem resurrectionis eius fieri unum ex istis.*

II. Secundo, cum sortito ipse cum Iosepho Barlaba, qui ob vitæ sanctitatem *iusus* cognominabatur, commissus esset, inq; ipsum fors cecidisset, hinc efficias & colligas, socio illum digniorem & iustiorē, ac proinde meriti maioris extitisse.

III. Tertio, e noua eligendi ratione; ceteros n. Apostolos *Redemptor* elegit, interim dū mortalem adhuc vitam ageret, & cum hominib. in terra conuerfaretur; Matthiam vero iam gloria donatus, & ad dextram Patris residens: in quo extraordinaria quedam gratia, fauor, deque virtutib. eius illustre elucet testimonium & argumentum.

Qui 12. ciuitatis illi⁹ mystice & Hierosolymæ gloriolæ fundamenta, i. e. totidem lapides ac gemmas, quarum Apoc. meminit, examinant. & singulis singulas Apostolis adaptant, *Matthiæ* nostro amethystum assignant, idq; ob eximiam vitæ sanctimoniam, & summam in primis animi demissionem; quæ *nomini* eius (sonat namque *Paruus Dei*) inclusa cum fuerit, numquam à superbia & arrogantia ve inebriari potuit.

Habetis igitur virtutē & miranda Matthiæ nostri, habetis electionem, vocationem, prædestinationem, habetis deniq; eius ad Apostolatū assumptionem; è contra vero scelesti ac sacrilegi proditoris Iudæ reprobationem, perditionem, ac damnationem audistis. Quæ duo directe sibi inuicē aduersantur, & exitu nimium quantum inter se distant: hoc Christum & Deum relinquit, illud ad eius cultū, amoremq; prouocat; vt idem plane in Dei domo, q̄ in vtero Rebeckæ contingere ad oculum cernere sit, fratres namq; gemini, Iacob & Esau, eodē prope momento vtero materno prodeuntes, vt Genesis ipsa refert, diuersos subiere casus: hic namq; à Deo reprobatus & reiectus fuit, etsi primogenitus; ille

vero etsi secundogenitus, electus, p̄destinatus, & dilect⁹. Hic vero duos alios videas fratres, in quantū sc. ambo Iesu Christi discipuli, & eiusdem familiæ membra, qui eadē non gaudēt sorte. Iudas n. velut alter Esau profanus, etsi quoad Apostolatū natū maior fuerit. reprobatur, Matthias vero, Iacobi exemplo, non sine miraculo, quamquam iunior, vt pote de numero duntaxat 72. discipulorū assumitur. Magno apud Persas in honore fuit regina Vasthi, Assueri magni vxor, sed sua dignitatem & coronam culpa amisit, summo cum dedecore regia cieccta, cuius in locum & folium suffecta est humilis & prouida Esther; quæ suis coronam meritis sibi peperit, quam superbia & arrogantia alteri abstulerat. Idem prope nostra in historia fieri videmus: Iudas namq; velut noua Vasthi, ob scelestam & arrogantiam regio palatio, sacro in qua Apostolorum collegio pellitur: pauperculus vero & abiectus Matthias, veluti Esther, ad eiusdem honores assumitur, locumque prius vacantem occupat.

Terribiles sane casus, vicissitudines nouæ, & mutationes plane admirabiles; sed quæ nihilomin⁹ animos sublimes, & sibi maxime de virtute & probitate plaudētes pertectant ac percellant. Iudas Christi discipulus, qui miracula patrabat, dæmones fugabat, colorum gestabat clauas, deficit, sceleratorū sit antesignanus, prodicionem adornat, Domino suo ac Deo mortem machinatur. Ita sc. fieri cum ijs cernas, qui initio miranda præstant, & extreme sancti sunt, vt si semel labantur, & iustitiæ semita deflectant, ad extremum omnium sint scelestissimi: è contra vero qui initio morib. sunt peruersissimis, vbi respiscere ceperunt; tandem ad summum sanctitatis apicem pertingant, vt & miracula patrent. Horum exemplum S. Maria Magdalena sit, illorum Iudas.

Nemo igitur de se nimium præsumat, ad quemcumq; demum virtutū meritorumq; suam iustitiæ gradum peruenit, sed ruinam semper & lapsum metuat, sibi non sec⁹ ac lude imminētē; qui è summo Apostolatus culmine tam profunde deiectus est, vt in Messia mortem crucemq; conspirantium factus sit dux & caput. Ergo monete Apostolo, qui stat videat ne ca-

Qui ad ma-
xima eue-
hantur, sunt in ma-
ximo la-
pſus peri-
culo.

Apoc. 3.

Semper in
tremore vi-
uendum.

dat, & quo quisq; est altior & eminentior, eo
ruinã ac lapſus periculũ magis formidet. An
non turres & ſumma quæque tempeſtate &
fulmine petũtur? an non arbores proceriores
citius à ventis ſternuntur, quam humile ten-
tacetum? Ita qui ad honores altiores & excel-
lentes euecti ſunt, maiori lapſus patent
periculo.

Hoc animo voluit, Auditores, & probũ
illud in Apocalypſi datum conſilium vobis
datum credite, vt ſcilicet quod iam habemus,
conſeruare ſtudeamus, ne coronam noſtram
alius accipiat. Hoc ſi Iudas conſideraſſet, non
iã in gehenna torqueretur; in qua non paruũ
illi cruciatum cauſatur, quod illam Matthia
ceſſiſſe coronam videt, quæ ſibi parata erat,
qua; in cælo donatus eſſet, ſi aliam vitæ ra-
tionem iniiſſet, aut iam lapſus reſurrexiſſet,
& pœnitentiam de admiſſis egiſſet.

Ah! non ſolus Iudas hoc cruciabitur mo-
do. Fuere plures, & modo etiam ſunt, qui à
Deo, & quidem ampliſſima mercede ac præ-
mio vocati, quinimo omni eo quod cælis
continetur, tam blande amiceq; inuitati, ad-
eo obſtinati, & peruiaces ſemper manent, &
transferunt, nõquam vt vocantem ſequi vo-
luerint; hoc ſibi proponentes, aut potius im-
ponentes, cum ſemel eos elegerit; & ad amo-
rem ſuum cultumq; inuitarit Deus, numquã
ab eodem reiſci aut condemnari ſe poſſe. Sed
errãt; appellare ſiquidem poterit alios, quo-
cumque demum ſub mundi climate agant,
ex incultis gentiliſſimi vepretis è media Tur-
carum impietate, & vltimis mundi cardini-
bus eos adducendo, & ad ſe conuertendo, vt
ſuo illos addictos cultui præmio cœleſti be-
et, & gloriã, quam alius parauerat, in hos
transferat.

Iſai. 48.

Præcuntem mihi hac in opinione ipſum
habeo Deum, ita apud Prophetam ſuum lo-
quentem, *Vocans ab oriente: uſtum, & de terra
longinqua virum voluntatis mee. & locutu ſum,
& adducam illud; Et* Quasi diceret, Fluunt
ordine cuncta, quo voluerint & potuerint, fi-
deles clientes mei ſint ingrati, ſerui tergum
mihi obuertant, electi mihi aures occludãt,
ne forte verba mea audire cogantur, iuſtis
duntaxat cœlum meum cedat; ſi vos, qui
Chriſtiani cenſemini, ipſum ſubire detrecta-

ris, alios ex oriente, de medio nationis bar-
baræ & incredulæ, & idola colentis adducã,
qui Chriſtiana ſacra ſuſcipientes fidele mihi
obſequium præſtabunt, quoſque intra regnũ
meum admittam. Loco Iudæ, qui mea gratia
& prærogatiua accepta abuſus eſt, ſuoq; in
ſtatu perſeuerare noluit, Matthiam quem dã
ſubrogabo, qui ſe geret ſapientius, & fidelius
mihi obſequium & cultum ſinceriores ex-
hibebit.

Quam hæc cõminationes tuas perhor- Pia medi-
reſco Domine, quam tua iudicia reformido, tatio.
quã ſub graui delictorum meorum ſarce ge-
mo? dicit me ſepenumero erga te, vt Iudam &
Iſchariota deteriorẽ geſſiſſe: cum enim ille
non niſi ſemel te prodiciſſet, ſemel mortem
tuam eſſet machinat; ipſe mille aduerſum te
proditiões procudi, millies & amplius in di-
uinitatẽ tuã conſpirauit; teq; in ſuper millies
cruci aſſiſſem, ſi modo ipſe facere, tuque id
pati potuiſſes. Verũ tu Deus es plenus miſeri-
cordiã, generoſa ac nobilis plane conditiõ-
nis, quiq; pro delictorũ multitudinẽ ac gra-
uitate tua ſi gella non exeris: cũ enim iam
abhinc multis annis tartaro me adiudicare,
& meã alteri cuiſpiam coronam addicere po-
tuiſſes, qui ea non excidiſſet, vt eadẽ ipſe ex-
cidi; peperciſti, ſemper patienter me tolera-
ſti, exſpectans donec reſipicerem, deque ad-
miſſis pœnitentiam agerem.

Hanc ergo me acturum ſpondeo, vitæ in-
quam emendationem polliceor, peccata de-
ponam, intolerabile hoc iugum humeris ex-
cutiam, captiuitatis vincula confringam, de-
licta tibi mea confitebor ex toto corde meo.
Obſecro itaque Domine, iterum me in gra-
tiam admittẽ; ſuſcipe quæſo miſericordiã
pater filium hunc prodigum, qui tuã diſſi-
pauit ſubſtantiam, & modo totus lacer, con-
ciſus, pannofus coram te comparet, tibi ſe fi-
ſtit ſupplex, reindue, & in integrum reſtitue.
Domine, tuãque in hac vita mihi gratiam
recupera, vt in alia regia gloriã tuã veſte

veſtiri circumdãri que merear: cu-
ius nos reddant Pater cum
Filio ac Spiritu ſancto
compotes, A-
men.